


R. HUNGARIÆ.




R. BOHEMIÆ.




*Quattuor. Albertus tractandas sumpsit habenas
Regnorum, Austriacum sceptraq; prima tulit,
Nupta quod illius thalamo, lectoq; iugali
Nata Sigismundi Regis Elyssa fuit.*

*Cui Charis ingenium, generosa modestia vultum
Finxit, & unanimis pectora casta fides,
Iungitur Albertus, capiens hinc commoda lecti
Plurima, ubi pingues irrigat Albis agros.*

R. DALMATIÆ.



R. CROATIÆ.



*Forſitan hoc regnum quo pacto accreuerit olim
Austriacis, queris: quæſtio digna viro,
Hoc ſocer Alberto, gnatam cum duceret addit,
Hic etiamnum hodie ſubiacet Austriacis.*

*Inclita coniugij ſeges eſt, nil deniq; curæ
Vſq; adeo ſuperis, hanc Deus ipſe probat:
Hoc Dux Albertus meditando ſibi iunxit Elyſſam,
Viſ, hinc quæ tulerit præmia, ſcire? viſes.*